Quelle:
Copyright:

Dixi excepto octavo; is enim titulum præse,
„fert: Sermo fratris N: facti /: us :/ in capitu,
„lo Zwetlensi". Incipit: Que est ista que pro,
„greditur sc: Fratres et domini mei reverendi
„ut ait pater noster beatus bernhardus! Quis
fuerit iste N: /: fortasis Nicolaus ?:/ nonni,
„si ex Linzii annalibus Zwetlensibus divinan,
„dum esset.

21. Fol: 271–301.

Sermones va,
„riorum nempe

Ab hoc numero sequuntur Sermones vario,
„rum de B: V: M: indiscriminatim collecti,
quos paucis comprehendere liceat. Priores

Locci de Nati,
„vitate B: V: M:

sunt Locci de Nativitate B: V: cum rubrica:
Incipiunt sermones de nativitate marie ma,
„gistri Locci". Initium primi est: Oritur
stella ex jacob et: Carissimi laudes glo,
„riose virginis Marie! Huic inserta sunt
exhortatio ad prædicatores, et auctoritates
ad Sacerdotes bonos et malos.

Honorii Augu,
„stodunensis.

Sermo quartus titulum gestat: "Sermo ho,
„norii solitarii", i:e: augustodunensis, qui et
solitarius dicebatur; /: vide Cod: CXXIII. n: 1.:/
Initium hujus sermonis est: "Egredimini fi,
„lie Jerusalem sc Filie Jerusalem sunt anime
„fideles. Finito hoc sermone legitur rubrica:
„Incipiunt sermones honorii solitarii de pu,
„rificatione sermones de speculo ecclesie;
ex qua concludere licet sequentes sermones
desumtos esse ex libello sermonum ejusde
Honorii, qui speculum ecclesiæ dicitur,
prodiitque curante Joann: Dietenbergio
Colon: 1531. 8. Numero sunt duo, quorum
„primus incipit:" Consuetudo ecclesiastica mul,
„tas ex rebus gestis retinet similitudines." Spe,
„culo ecclesiæ carens aliis conferendi copiam sc,